

38. Divinum mysterium

Piae Cantiones 1582

Anonymous

Di - vi - num my - ste - - ri - um mo - do
de - cla - ra - - tur, et mens in - fi - de - - li - um
tu - mens ex - e - cra - - tur, fir - ma spe cre - den - - ti - um
fi - des ro - bo - ra - - - - - tur.

2. Panis primo cernitur, qui dum consecratur,
Christus tunc porrigitur, et sub pane datur,
Quomodo efficitur, Christus operatur.

3. Et vinum similiter cum sit benedictum
Et tunc est veraciter sanguis Christi dictum:
Credimus communiter verum est non fictum.

4. Fides est summopere credere in Deum,
Panem sanctum edere et tractare eum,
Iubet Christus sumere, Hoc est corpus meum.

5. Nobis celebrantibus istud Sacramentum,
Et cunctis creditibus fiat nutrimentum:
Iudaeis negantibus fit in detrimentum.

6. Pater, Nata, Spiritus alnum consolamen
Det nobis propitius nostrum restauramen,
Ut cum coeli civibus personemus, Amen.